

etiam voluntas. Marta d. q. 7. art. 1. n. 12. & facit l. fin. de heredit. instituendis, de qua infra c. 16. n. 19. debet enim schedula scripta esse verbis de presentis, non de futuro, ut sustineatur, & perfectio, & deliberatio voluntatis testatis appareat.


30 Imperfecta etiam cognoscetur schedula si manu testatoris scripta, aut subscripta non sit, in hoc enim consistit perfectio, & valor huius dispositionis, ut supra n. 25. Et si continet multas cancellationes, & apostillas, quia non est verisimile, quod testator in ea animum firmare voluerit ad perfecte testandum. Ioann. de Anania in cons. 28. & Bolognin. in addit. post n. 9. ut si multa in apostillis in margine apposuit. Boerius decis. 48. n. 11. Decianus cons. 99. n. 9. vol. 2. & cons. 86. n. 15. Farinac. decis. 576. n. 2. vol. 2. & de falsitate q. 153. Quod magis procedit, si testator post factam scripturam diu supervixit, a tunc eam non reduxit in puram scripturam sine cancellationibus. Marta d. q. 7. artic. 3. num. 4.

31 Idem erit, si schedula in breviaturis etiam visitatis scripta sit. Bartolus in l. quo-

ties n. 4. ff. de heredit. instituend. ubi Nœvius in sistema nu. 2. & 3. Natta in d. Authent. quod sine n. 38. Grassus §. testamentum, q. 16. n. 3. Iulius Clarus eod. §. q. 14. n. 3. Tuschus conclus. 101. n. 3. lit. T. Genua de scriptura privata lib. 6. cap. 1. ex n. 222. Antonius Pichardus in §. nihil autem instit. de testam. tit. 5. & 8. argumento l. 7. tit. 19. part. 3. Qua prohibetur tabellionibus, ne quidquam per compendium scribant, ut falsi omnino evitetur occasio. Quod maxime procedet, si summa aliqua pecuniae signis Arithmeticis exprimitur, quia de facili potest falsitas committi. Clarus d. q. 14. n. 3. Et ita non constabit per illam de perfecta testatoris voluntate, quae apparere non dicitur ubi falsi suspicio adest. Clarus num. 2.

33 Denique perfecta vel imperfecta demonstrabitur schedula ex tenore ipsius scripturae, ut ex multis resolvitur infra c. 9. ex n. 45. ubi quae hic deficiunt, videri possunt. Perfectio enim dispositionis cognoscitur ex ijs, quae dicto in capite traduntur, & etiam faciunt tradita infra cap. 16. ad quae si casus se obtulerit, recurrere poteris.

CAP.



CAPUT VIII.

DE MELIORATIONE ALICUI EX LIBERIS facta in testamento imperfecto ratione voluntatis, an valeat, & quid si imperfectum fuerit ratione solemnitate, & utrum privilegium testamenti inter liberos procedat tantum si facta inter eos aequali bonorum divisione, & remissive quid si liberi non sint in potestate parentum, aut sint naturales, aut spurij.

SUMMARIVM.

Meliorare unum ex liberis vel plures in tertio, & quinto bonorum parentibus permissum est. 1. Melioratio alicui ex liberis facta in testamento imperfecto ratione voluntatis invalida est ex resolutione Roderici Suarez, qui refertur. 2. Ayora notatur quatenus dixit meliorationem validam fore etiamsi constaret legata voluisse facere testatorem, & non fecisse. 3. Melioratio facta in testamento non solemniter ob impedimentum

superveniens valida est si testamentum perfectum sit ratione voluntatis. 4. & 5. Melioratio facta in testamento non solemniter, quia pater testatus fuit minus solemniter secundum privilegium testamenti inter liberos, an valida iure Regio sit, dependet ex altera controversia, an lege 3. Tauri privilegium testamenti inter liberos ablatum sit. 6. Privilegium testamenti inter liberos an procedat facta inter eos in aequali bonorum divisione, questio est celebris, referuntur utriusque partis Authores,

Et affirmativè resolvitur. 7.
8. 15. 16. & 21.

Lultima, C. familiae erciscundae,
l. ut liberis, C. de collationibus,
l. inter filios, C. familiae erciscun-
dæ cum alijs traduntur. 9.
10. & 11.

Disparitas parit discordias, & si-
multates. 12.

Divus Ambrosius refertur. 13.

Testamentum inter liberos subsi-
stere si pater modicam inæ-
qualitatem observaverit te-
nent Curtius Iunior, & aliqui
qui referuntur. 14.

L hac cōsultissima, S. ex imper-
fecto, C. de testam. l. parenti-
bus, C. de inoffic. testam. No-
vella. 107. cap. 1. cum alijs tra-
duntur. 16. 17. 18. & 20.

Melioratio tertij, & quinti facta
à patre in testamēto inter libe-
ros non solemnī valida est. 21.

Melioratio tertij, & quinti non
est legitima filiorum inter
ipsos, ibid.

Voluntas patris custodienda est
etiam si solemnī testamento nō
contineatur inter omnes hos,
qui pariter illi succedunt ab
intestato. 22.

Æqualitas inter liberos servan-
da est in dubio, quando non est
expressa voluntas testantis in
contrarium. 23.

Discordia si oriantur inter fra-
tres ex melioratione alicui fa-

Et a sibi ipsis imputari debent
non patris dispositioni. 24.

Benemerita liberorum erga pa-
rētes digna sunt remuneratio-
ne. 25.

Pater in foro fori, & in foro poli
potest aliquid plus vni filio re-
linquere quàm alijs. 26.

Testamētum inter liberos imper-
fectum ratione solemnitatē
pro inæqualibus partibus va-
let, etiam si fuerit factum in-
ter liberos emancipatos. 27.

Et inter liberos vltioris gra-
dus. 28.

Et inter liberos exclusos per sta-
tum à successione ab intesta-
to. 29.

Et inter filias quæ renunciarunt
successioni. 30.

Et inter legitimos. 31.

Et inter naturales in eo quod ca-
pere possunt à patre vel à ma-
tre. 32. Et quid si pater filios
legitimos habeat. 33. & 34. &
quid si filij spurij sint, mater
verò illustris, vel filius natus
ex damnato coitu. 35. & 36.

Cum legibus Regni
parentibus permis-
sum sit in tertio, &
quinto bonorū, vel vnū ex li-
beris, vel duos aut plures me-
liorare l. 1. 2. & 3. tit. 6. lib. 5.
Recop. Angulus in d. l. 2. gloss.
4. nu. 1. & in l. 11. gloss. 17. nu. 1.

etuf-

eiusdem tituli; & hæc meliora-
tio fieri soleat in testamento,
vt refertur prædictis legibus;
sequitur, ad perfectionem
materiae susceptæ de perfe-
ctione, & imperfectione vo-
luntatis, videre; an si huius-
modi melioratio fuerit facta
à parentibus in testamento
imperfecto ratione volunta-
tis, sustineri possit; & quid si
testamentum imperfectum
fuerit ratione solemnitatē.

2. Et ad primum, cum testa-
mētum est imperfectum ra-
tionē voluntatis, quia voluit
aliquid dicere testator, & nō
potuit, vt infra capite sequē-
ti continetur, si melioratio
alicui ex liberis fuerit facta,
invalida est, & minimè susti-
neri potest. Sic magistraliter
tenuit practicus ille magnus
Rodericus Suarez in l. quoniā
in prioribus, C. de inofficioso testa-
mento in declaratione legis Regni
q. 4. vbi eleganter disputat, &
casum ponit in patre, qui plu-
res habebat filios legitimos,
& naturales, qui veniens ad
mortē dixit sic: Melioro Pe-
trū filium meum in decem,
seu prælego ei decem, & cū
vellet prosequi testamētū
spiravit, vel obmutuit; hoc
enim casu resolvit invalidā
esse meliorationem, ex deci-

sione legis si quis cum testamen-
tum 25. ff. de testamentis de qua
supra cap. 5. quam ipse ad hoc
vt textum expressum, & de-
cisivum ponderat, & tradit,
quando dicatur imperfecta
voluntas testantis; & quia in
contrarium allegavit legem
iubemus, C. de testamētis, de qua
supra d. cap. 5. & leg. fin. C. com-
munia vtriusque iudicij, res-
pondet loqui de imperfe-
ctione respectu solemnitatē
circa testamentum requisi-
tæ, non de imperfectione cō-
sensus, dividitque testamēti
imperfectionem in duplicem,
vnam esse inquit quo ad or-
dinationem testamenti incō-
pletis, alteram cum testamē-
tum nō est solemnē, & quod
prima totum habet vitare,
ad quod allegat d. l. si quis, l. ex
ea scriptura, ff. de testamentis, l.
Lucius, ff. de testam. Milit. l. fi-
deicommissa, ff. de legat. 3. l. con-
tractus, C. de fide instrument.

3. Contra Rodericum, &
eius resolutionem non repe-
rio contradictorem, nam li-
cēt Antonius de Ayora de par-
titionibus, 3. part. quæst. 24. nu.
70. dicat validum esse testa-
mentum, & meliorationem
de qua tunc loquebatur,
etiam si constaret legata vo-
luisse facere testatorem,

& non fecisse; ex quo inferri potest meliorationem sustinendam in testamento imperfecto ratione voluntatis, tamen hoc nec dixit nec censuit Ayora ipse, quia quaestionem proposuit in eo, qui facta melioratione, & perfecto testamento quo ad institutionem, quo ad legata, & quo ad omnia, ante quam firmaretur, publicaretur, & legeretur coram testibus, hoc est, *antes del otorgamiento, y publicacion*, obmutuit, & spiravit testator; vnde ob impedimentum, & mortem supervenientem testamentum in quo facta erat melioratio, nec firmatum, nec publicatum sive lectum fuit, resolvitque Ayora meliorationem sustinendam esse ex rationibus ab eo relatis, *n. 69. allegat d.l. si quis cum testamentum, ff. de testamentis, n. 70.* validum esse testamentum inquit; etiam si constaret voluisse legata testatorem facere; quia textus in *d.l. si quis cum testament.* loquitur quando plures haeredes instituere voluit testator, & non potuit; & in hoc est error Ayora, existimabit quippe voluntatis imperfectionem tantum esse, cum constaret testatorem haere-

des instituere voluisse, & non potuisse, non tamen in casu, quo vellet legata facere, cuius error convincitur, & veritas huius rei examinatur infra *cap. 12.* Sed hoc non est dicere meliorationem factam in testamento imperfecto respectu voluntatis sustineri posse, quod nullus dixit; & in relato casu testamentum perfectum erat quantum ad voluntatem, quia erat consummatum, & perfectum, & solum deficiebat illi publicatio, & lectio, qui defectus solemnitatis est, non voluntatis, vt infra *cap. 14.* Ex quibus in casu Ayora sustineri debuisse dictam meliorationem iuris est comperti.

4 Ad secundum scilicet cum melioratio tertij, & quinti facta est in testamento imperfecto ratione solemnitatis distinguendum est, nam huiusmodi testamentum, aut non est solemnne, quia ob impedimentum superveniens pater solemnitates non potuit adhibere, & perficere testamentum; aut quia pater voluit testare minus solemniter secundum privilegium testamenti inter liberos concessum. Si simus in primo casu, & testamentum licet non im-

impletum perfectum sit ratione voluntatis, meliorationem validam esse, sicut cetera scripta in testamento ob rationem dictae legis *si quis cum testamentum*, cum traditis supra *cap. 3.* certi iuris est: & sic in terminis huius casus loquitur Ayora *dict. quest. 24.* Castillo *lib. 4. controv. cap. 21. n. 111.* vbi est hac ratione optime defendi posse casum Ayora inquit, & tenet hanc resolutionem. Si simus in secundo casu, quando melioratio, & testamentum non defenditur ob praedictam causam, sed ex privilegio testamenti inter liberos, de quo *cap. 6. in fine*, & supra *cap. 7.* si privilegium huiusmodi testamenti ablatum, sit ex *l. 3. Tauri*, sicut nec valet testamentum, nec valebit quoque melioratio facta in eo; vnde Authores qui tenent dictam opinionem, quod dictum privilegium ablatum sit, ociosum iudicant disputare hoc dubium, vt Morquechus *de divisione bonorum lib. 4. cap. 8. n. fin.* Cevallos *q. 759.* sed retenta vera opinione de qua supra *cap. 7.* scilicet testamenti inter liberos privilegium ablatum tantum esse quantum ad numerum testium, non

quantum ad qualitatem, & quo ad reliqua pulehra est, & digna animadversione controversia, quae alijs verbis communiter disputatur, nempe an privilegium testamenti inter liberos procedat facta inter eos in aequali bonorum divisione.

8 In qua alij autumant non aliter patrem inter liberos praetermissis solemnitatibus testari posse, quam si aequalitatem inter liberos servet: Sic Romanus, *conf. 179. num. 16. & conf. 385. num. 5.* Barbatia *conf. 32. num. 6. vol. 1.* Decius *conf. 105. n. 6.* Crotus *conf. 121. n. 22.* Marian. Socin. Iuni. *conf. 127. nu. 22. vol. 1.* Socin. Seni. *conf. 5. num. 10. vol. 3.* Antonius Rubeus, *conf. 6.* Carolus Molineus ad Alexand. *conf. 168. lib. 5. vers. vnde Hondedeus, conf. 66. num. 5. & 45. lib. 1.* Vultei *conf. 19. numer. 107. vol. 1.* Hieronymus Gratus, *responsio 156. numer. 49. lib. 2.* vbi numer. 50. dicit ita fuisse iudicatum, Ioan. Decheri, *lib. 2. dissert. 2. numer. 22.* vbi eleganter loquitur Vivius, *decis. 407.* Speculator *tit. de instrumentorum edictione, §. compendiosè, vers. quid si pater numer. 19.* Ripa *in l. centuriae numer. 86. ff. de vulgari,*